



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXXVI. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Altare St. Dionysii und Sebastiani in der Pfarrkirche zu Perleberg einige Hebungen von der dortigen Feldmark, im Jahre 1352.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

domos conducere solentibus prece aut pretio non amoveantur. Sino expellantur, quolibet quartali anni scilicet festo natiuitatis christi cum solita hura vnam marcam argenti, In festo pasche I marcam arg. et hura et in termino natiuitatis Sancti Johannis baptiste totidem et in termino Sancti michahel vnam marcam argenti cum solita hura omni anno perpetue erogabunt ad vsum ciuitatis.

Aus demselben Buche.

LXXVI. Markgraf Ludwig der Römer verzeignet dem Altare St. Dionysii und Sebastiani in der Pfarrkirche zu Perleberg einige Heubungen von der dortigen Feldmark, im Jahre 1352.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus Romanus, dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lufacie, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie dux, ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sancte virginis marie et omnium Sanctorum, nec non in illustrium principum predecessorum Marchionum Brandenburgensium diue recordationis, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam sempiternam, dedimus, damus et iusto proprietatis titulo donamus per presentes unum chorum filiginis quatuor modios avene ac quatuor solidos denariorum Brandenburgensium reddituum annuorum de manfis civitatis nostre Perlebergh, didekini et Ludekini de Dalemyn fratrum, civium nostrorum dilectorum ibidem, provenientes, ad altare sanctorum martyrum Dyonysii et sebastiani, situm in Ecclesia sancti Jacobi dicte civitatis nostre Perlebergh, perpetuis temporibus pertinendos, Renunciantes sollempniter omni iuri etc. Presentibus nobili viro vlrice comite in Lyndow, strenuisque viri Hasfone de wedel de valkenborch, Hermanno de Redern, Betkino de Oest, Marquardo Luterbergk, militibus, alberno de Redern et Thiderico Morner preposito Soldynnense cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlyn, sub anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo, in vigilia natiuitatis sancte Marie virginis gloriose.

Nach einem, vom Superintendenten Liesegang mitgetheilten Copialbuche der Ober-Pfarr-Registratur zu Perleberg.

LXXVII. Bischof Borchard von Havelberg genehmigt die vom Markgrafen Ludwig im Jahre vorher ertheilte Bestätigung der Gründung einer Kapelle zu Kyritz durch den Bürger Vordeck, im Jahre 1352.

In nomine Domini Amen. Nos Borchardus, Dei gracia Havelbergensis Ecclesie Episcopus tenore presentium publice recognoscimus, lucide protestantes, quod vidimus et examinavimus litteram illustrissimi Principis ac Domini, Domini Ludowici Marchionis Brandenburgensis, suo majori sigillo sigillatam, cujus Principium fuit. Noverint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Lodowicus Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Sacri Romani Imperij Archi Camerarius, Comes Palatinus Rheni, Bavarie, Karinthie Dux, Tyrol et Goricie Comes, nec non Aquilegensis, Trydentinis et Brixinensis Ecclesiarum Advocatus etc.; cujus finis vero fuit: Testes vero hujus sunt: Nobilis Vir Ulricus Comes de Lyndow Avunculus noster et Capitaneus Gene-